Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Tenor vero citacionis tal' etc.

Iacobus can. et officialis pregen. dilecto viro domino Rectori ecclesie tal' salutem in domino mandamus vobis quatenus peremptorie citetis dominum plebanum tal' loci ut coram nobis proxima feria quarta ante nunc instans festum beati Ioh' bapte compareat hora primarum tali racione de iusticia. datum pregen. etc.

Terminus producionis libelli

Anno domini et indicione quibus supra die xxiij mensis Iulij hora et loco prescriptis prefato domino Iacobo Can.co et offi.li pregen. ecclesie iudicio pro tribunali sedente comparentibus procuratoribus partium producta coram eo. videlicet prefatus ac procurator partis sue dixit hodie fore terminum ad dandum de iure suo in scriptis contra partem adversam Et nichilominus ad satisfaciendum termino suo prefato quendam libellum seu peticionem subscripte continencie et tenoris etc. in iudicium obtulit et produxit. Ex adverso vero dictus Ioh procurator et procuratorio nomine partis sue copiam dicti libelli decrevit et sibi mercurij die xxij mensis Iulij ad dicendum contra dictum libellum duxit pro termino assignandum presentibus etc.

Prefer libelli seu peticionis tenor.

Coram vobis hon.li viro domino Iacobo Can.co et offi.li ecclesie pregen. comparuit procurator et nomine procuratorio nomine Ioh tal' loci contra dominum plebanum talis loci et contra quamlibet personam pro ipso in iudicio legitime intervenientem tu querela proponit et dicit quod licet allodium thome vulgariter tale nuncupatum a xx. xxx. xxx. xl. annis citra et ultra tum continuis consuetis suis limitibus atque metis situm sit atque locatum contra limites ecclesie parochialis tal' omnes quoque incole rustici agricultores et